



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guida per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>



Henrici à Segusio Cardinalis
HOSTIENSIS,
AVREA SVMMA,

NICOLAI SVPERANTII NOVIS ATQVE ERV-
ditis Adnotationibus & quibusdam excerptis
ex summa celeberrimi I. V. D.

FR. MARTINI ABBATIS (UT FERUNT)
contemporanei Aeronis & Accursii, illustrata:

NUNC TANDEM AD INCORRUPTUM AÜTORIS EXEM-
plar diligentissimè restituta, ab innumeris erroribus quibus scatebat ha-
ætenus, repurgata: atque typorum varietate niti-
dior reddita.

ACCESSIT RERVM ET VERBORVM TOTO OPERE
memorabilium Index locupletissimus.



COLONIAE

Sumptibus Lazari Zetzneri Bibliopolæ

M. DC. XII.



denes, si non essent alii, succederent in stirpem. qualiter hoc intelligatur, nota supra eodem sub §. circa. versicul. in stirpes. Quod si fratrum filii non vocantur cum patris suis, sed cum aliis fratribus: puta tres filii sunt ex uno fratre, unus ab altero, nunquid succedunt in stirpes: ut scilicet tantum capiat unus, quantum tres variatur, & dixit Az. quod non, sed in capita argument. ff. si pariter heredes. per. l. i. §. i. & C. de leg. hered. l. quasi in si. ibi, proculdubio. &c. & si quasi. in si. ibi illo etiam observando, &c. Jo. not. quod in stirpes succedunt, nec obstat leges allegatae, quia per has auth. corriguntur, sed contra Job. & pro Az. est in auth. de here. ab intest. §. si vero neque. unde hoc quod hic dicitur, restringendum est, & intelligendum, quando succedunt cum patris, avis, vel proavis, vel ceteris ascendentibus aliis semper succedunt in capita, non in stirpes. Hoc in allodiis: quid ergo in feudis? & quidem si sit comitatus, vel ducatus, non dividitur, ut in consuet. seu. non alien. imperialem. §. præterea ducatus. aliqui tamen observant, quod si feudum avitum, vel proavitum: quia nec in alio admitteretur hæc successio, sed constitutione feudi in capita admittuntur; secundum Ho. bo. de hoc dic, ut not. supra de feud. §. qualiter constituitur. Quæ personæ hæc verba sumuntur ex auth. ut fratrum filii, præcedentia verò ex auth. de hered. ab intest. §. si in autem. & dicat quæ persona id est, filii fratrum. aliud autem juris est, secundum auth. de hered. ab intest. §. si in autem cum fratribus. ut nota supra eodem sub §. proximo. versicul. quid si supersint filii fratrum. Et sine defunctæ personæ nunc parentibus, quasi dicat si non sint ibi parentes superfluit, nec alii ascendentes: supple, neque patrui, tunc filii fratrum totum percipiunt. Et cum proximis gradu ascendentibus id est similiter si supersint aliqui ascendentium, & cum ipsi vocantur filii fratrum præmortuorum. Sexus vel emancipationis. hæc verba expone, ut no. supra eod. sub §. circa. vers. sexus. & ver. potestas. Hæc de fratribus legitimis & naturalibus. Hæc de naturalibus tantum videtur, quod non succedant sibi ad invicem: ut in auth. quib. no. na. est. sui. §. filium, col. 6. Az. tamen dixit, quod succedunt: ut in ist. de success. cogn. §. vulgo. & de servit. cog. circa prin. sed sicut no. auth. contradi. Post fratres, & c. admittuntur. hic tamen hunc ordinem servabis, ut in rebus maternis soli uterini vocentur, licet consanguinei, agnati, id est, ex parte patris tantum supersint. In paternis vero soli consanguinei: licet uterini supersint. In aliis vero communiter vocabuntur: non verò ex utroque parente sunt, cum ex utrisque admittuntur. ut C. de leg. hered. de emancipatis. in fi. & C. communia de suc. l. si. secundum Az. & Lanf. Cre. contra. & dicit, quod indistincte admittuntur; & si non supersint fratres ex utroque latere: ut C. communia suc. auth. itaque. & hoc in allodiis, nam in feudalibus de consuet. in multis regionibus sententia Az. vendicat sibi locum, præferuntur patris. sic ergo nota, quod tertius gradus excludit tertium gradum in hoc casu: quamvis aliis regulare sit, quod pares gradu pariter admittantur. ut not. supr. §. sic vidisti. Post fratres, & c. quicunque gradu sunt proximo, neminem ergo excludit. arg. supra de mayo. & obe. solus. §. penult. ff. de hered. insti. hoc articulo. quisquis dum tamen probetur attinentia. & sic in infinitum admittuntur parentes ex quo gradus attinentiæ probatur, quod dic, ut no. supra eod. sub §. circa. ver. sed nunquid per hoc corriguntur differentiæ.

De Sepulturis. XXVIII. Rubrica.

SUMMARIA.

- 1 Sepultura quid sit.
- 2 Jus funerandi quid sit.
- 3 Ecclesiæ quæ habeant jus sepulture.
- 4 Ecclesiastica sepultura quibus interdicatur.
- 5 Sepeliri apud quam ecclesiā quis debeat.
- 6 Canonica portio quid dicatur. Et an jure debeat. 10. Et quod sit. 11.
- 7 Impensas funeris quis teneatur facere.
- 8 Clericis an licitum sit aliquid accipere occasione funeris.
- 9 Episcopus an possit petere canonici portionem.
- 10 Canonica portio a quibus petatur. Et de quibus 13.
- 11 Canonica portio episcopi an impediat petitionem canonici portionis parochialis ecclesiæ, vel contra.



Vpratractavimus de successio-
nibus mortuorum testatorum, seu intestatorum: sed quia corpora ipsorum sepelienda sunt, quamvis hoc interdixerunt ff. de cond. institut. cum quidam. videndum est de sepulturis. videamus igitur, Quid sit sepultura. Quid jus funerandi, Quæ ecclesiā habet jus sepulture, Quibus interdicatur ecclesiastica sepultura, Et apud quam ecclesiā quis debeat sepeliri, Quis teneatur facere funeris expensas, An licitum sit clericis aliquid accipere occasione funeris.

Quid sit sepultura. Respondeo, locus con-
misterio factus, in quo corpus catholici conque-
scit. differt ergo a sepulchro. quia sepulchrum est locus, in quo corpus hominis ossave condita sunt, quamvis extra cæmeterium. non enim totus locus religiosus sit, sed quatenus corpus humatum est ff. de reli. & sum. fu. l. i. §. de ea. & l. monu-
mentum. Sed locus purus est etiam, qui nec religiosus, nec sacer est, ut ibi. Monumentum b est, quod memoriæ ser-
vandæ gratia existit: ut ead. l. §. monumentum. sicut id quod vulgariter dicitur vas, sive tumba marmorea, vel lapidea. & hæc vendi potest si pura sit, id est, si in ea nullus sepultus fuit: si autem ibi aliquis sepultus fuit, vendi non potest: quia jam per hoc religiosus factus est locus. 13. q. 2. quæst. 1. & c. postquam. Quandoque vero sepultura dicitur terra deputata sepulture. & hoc similiter si pura sit, vendi potest. 12. q. 2. aurum. secus, si sit de cæmeterio, vel si ibi aliquis sepultus fuerit. ff. de rei vendi. qui religiosus. Sed & sepultura quandoque ponitur pro officio quod sepeliendi impenditur: & hoc similiter vendi non debet. infr. de simo. non satis. 12. quæstio. 2. percipiendum. l. q. i. dictum. & no. infra eodem: §. an licitum.

Quid jus funerandi. Potestas sepeliendi in
cæmeterio ecclesiastico, proveniens ecclesiæ ex assignatione Pontificis: habent enim ecclesiæ majores cæmeterium. 40. pedum spaciū circa seminiores 30. per Pontifices assignatum, ut 17. q. 4. sicut antiquius. & debet talis locus assignari quando locus ecclesiæ consecratur. de conse. dist. 1. nemo hoc jus funerandi non habent capellæ in castris, vel civitatibus positæ, vel locis

ADDITIONES.

- a Quid sit sepultura. Adde Doct. in rubr. eod. tit.
- b Monumentum. Adde an differant inter se monumentum, & sepultura. vide l. & si quis. in §. fin. & ibi gl. ff. de reli. l. sepulchra: C. eo. & per Alex. de immo. in l. monumenta. C. de leg.
- c Vendi non potest. Adde ea. in ecclesiastico. & in c. præcipiendum. 13. q. 2. gl. & Abba. in c. abolenis. de sepulch. card. Alex. in c. his ergo. in 2. col. 23. dist. 1.
- d Sepultura. Adde an sit de leg. diocessana. vide gl. in c. dilectus. de offic. ord.
- e Quod ad hunc articulum atinet, variè explicuit Mar. eodem tit. in Sum. aliam rubricellam ab Hostien. prætermittam interjiciens, nempe an sepultura, vel jus vendi possit. Quæ in re ita scriptum reliquit Marti. noister; Sepultura multas habet acceptiones, quandoque enim dicitur locus sive terra in quo sit sepultura, & hæc vendi potest, si aliter locus sacer non sit; ut cæmeterium, vel si nunquam aliquis fuit ibi sepultus; quia talis locus purus dicitur, & non sacer. ff. de relig. l. 2. §. purum. Sed si alicubi sepultus est, voluntate ejus cujus locus est, propter hujus sepulturam locus sacer factus est, & ideo vendi non potest. C. de reli. l. 2. §. sed si alius, & extra eodem. tit. abolenda: Sepultura quandoque dicitur officium sepulture, & hoc non potest vendi sine simonia, ut extra de simo. non satis. Sed si clerici ratione beneficii ad officium non teneantur possunt aliquid recipere, ut 12. q. 2. charitate. & de præscripti. cum ex officio: Ius autem sepulture, est jus competens ecclesiæ ad sepeliendum alicui in cæmeterio suo, quod provenit ex Pontificis assignatione. 13. q. 2. & ecclesiis parochialibus. & aliis, à jure vel privilegio concessum, sed capellis privatis non competit: Funerandi autem jus duplex est, unum, de quo hic Hostien. alius quod competit eccle. quod ut dictum est, ex assignatione Pontificis provenit. Teneatur enim ipse episcopus assignare majoribus eccle. cæmeterium. 60. pedum, minoribus vero 30: 17. q. 1. sicut antiquius. Et tale cæmeterium debet assignari, quando locus eccle. consecratur de conse. dist. 1. nemo Capellæ autem quæ sunt in castris, vel in civitatibus, quibus episcopi cæmeteria non concesserunt; non debent sepelire, juxta 18. q. 4. quisquis. in fin.

vis aliis strictis : quia nullum habent cimiterium : vel non ita latum. 17. *quest. 4. quisquis. in fin.* Certè nec extra semper ita latum habent. unde & infra & extra dicendum est, quod tantum extenditur hoc jus funerandi & immunitas, quantum cimiterium est per episcopum limitatum. nec hoc jus habet aliquis, nisi sibi ab episcopo fuerit concessum. Est & aliud jus funerandi quod his competit, quibus jus est mortuos inferendi. nam sepulchra quilibet facere potest in re propria. & in proprio sepulchro sive communi quilibet jus funerandi habet. *ff. de mor. infer. l. 1. Inst. de ver. div. §. religiosus. in §. seq.* quilibet tamen sacrum locum facere non potest auctoritate propria. *Inst. de verum div. §. nullus. & §. si quis vero.*

3 Quæ ecclesiæ habent jus + sepulturæ. De quibus concessum est ab episcopo : ut patet in his quæ not. *sup. eo. §. prox.* & non alia. Conceditur tamen aliquibus religiosis privilegio speciali : sicut in oratoriis suis cimiteria habeant : & confratres suos possint etiam tempore interdicti sepelire : ut in prædicatoribus minoribus templariis & hospitalariis. & similibus. *inf. de excess. præl. n. minus iniqua. & c. ninnis prava. inf. de privi. ut privilegia. qui si terminos privilegii sui excedant, & indistinctè sepeliendo admittant, bene est ut ipsos oporteat communi jure censer. arg. inf. de stip. mona. recolen. es. 16. q. 3. privilegium.*

4 Quibus interdicitur Aliquando omnibus de eadem civitate, ut quia ecclesia seu civitas tota generali interdicto supposita est. *inf. de verb. sign. cum in partib. quod sit vel propter delictum civium, vel majoris domini. infra de offi. delega. sanè quia. & de jurej. exscriptio. infra de sponsa. vobis.* Item paganus. Item hæreticus in cimiterio sepeliri non debet, nec Judæus. *de conse. dist. 4. ecclesiam. & c. sequent.* Item generaliter, quicunque ab ecclesiæ unitate secessit : ergo nec fur. *infra de fur. fures.* Item usurarius & per ecclesiam publicatus. *infra de usur. quia in omnibus.* Item hi qui mortem sibi consciverunt : quia seipso interfecerint. 23. *quest. 5. placuit.* Item hi qui presbyterum in testamento reliquerunt. 88. *dist. 4. neque apud.* Item is qui post mortem convincitur de hæresi. 24. q. 2. *sanè proferunt. infra de hæresi. si episcopus.* Item excommunicatus. *infra de hære. sicut etiam minori excommunicatione. 24. q. 2. sanè quod super.* Item blasphemus Dei, nolens poenitere. ut *infra de male. statutus respon. 1. in fine.* Item monachus proprium habens. *inf. de stat. mona. & c. super quodam.* Et generaliter nullus notorius mortalis peccator sepeliendus est. 13. q. 2. *non estimemus. & c. questum. & c. quibus. & cap. pro obeuntibus. 23. quest. 5. placuit. & quest. 7. quicunque clericus.* Et si tales sepulti sint, exhumandi sunt, si tamen ossa discerni possunt, alias non, quia non prodest eis ecclesiastica sepultura. *infra eodem sacris. & ecclesia reconcilianda est cum aqua solenniter benedicta. infra de conse. vel. alt. consuevit. sed & nimis præciosa etiam catholicis prodest, quo ad salutem. 13. q. 2. animæ defunctorum, unde etiam in hoc voluntas testatoris servanda non est. ut ff. de reli. & sum. fu. & si quis. §. hæc actio.* Hæc in notoriis, occulti autem peccatores sepeliendi sunt, nisi forte esset hæreticus, quia cum quo communicavimus vivo, communicare debemus mortuo. *inf. eod. ex parte. & c. sacris. in prin.* Item hæc locum habent in non reconciliatis, nam si consiteantur, sicut corpus Christi ei conceditur, ita & sepultura. 12. q. 2. *questum. 95. dist. 11. id ergo si reconciliati essent, vel certa signa poenitentiae apparent, sepeliendi erunt : sed hæreses tenentur pro ipsis latissimè.* *inf. eo. parochiano. inf. de rap. in literis. 23. q. 5. placuit.* quod dic ut no. *sup. de test. §. ad quid heres. sub §. teneatur autem heres.* Quid de suspensis : videtur quod non sint sepeliendi, nisi de licentia speciali. *ff. de cadav. puni. l. 1. & 2. sed contrarium est, dum tamen poenituerit. 13. q. 2. c. ff.* Verum tamen quo ad hoc, ut de patibulo deponantur, requiritur licentia iudicis, si secularis, ne justitia cõtèmini videatur, & sic intellige leges supradictas. sed ipsam licentiam denegari non debet, ut *ff. de cad. puni. l. 1. si sic quilibet reconciliatus sepeliendus est.* Fallit hoc in raptore, seu violatore ecclesiæ sæpius monito, & in pertinacia sua usque ad mortem perseverantè. & tunc non præbente idoneam cautionem. *inf. de rapt. super eo. per quam habes, quod etiam ab hæredibus possit exigere cautio, antequam tradatur ecclesiasticæ sepulturæ ut in dec. parochiano. quod dic ut no. inf. de rap. §. sub §. in summa. ver. item secundum canones. & seq. & in defunctis ad torcimenta. infra*

de torne. c. 1. quod dic ut no. *inf. de torne. §. quæ pania.* in his casibus interdicitur ecclesiastica sepultura, & si qui similes casus reperierunt. In summa nota circa hunc §. duas regulas : quarum prima dicit, cui communicamus vivo, & mortuo communicare debemus. *infra eod. ex parte. 24. que. 2. sanè* quod semper hæc vera est, nisi post mortem appareat, quare in vita non fuisset communicandum : ut quia potest convinci de hæresi. 24. q. 2. *sanè proferunt.* Secunda regula est, cui non communicavimus vivo, nec mortuo communicare debemus. *inf. eo. sacris. 24. q. 2. c. 1.* hæc similiter vera est, nisi & post mortem appareat, quare vivo communicandum fuisset. *inf. de sen. ex com. a nobis duob. inf. eod. parochiano.* Sed nunquid mulier prægnans ; & mortua sepeliri debet, dic ut no. *inf. de consec. eccl. vel. alt. dist. 1. §. & an si iteranda. ver. quid si mulier prægnans.* Ex nunquid potest quilibet intrare ecclesie sepeliri. Dic ut no. *de immu. eccl. §. in quantum, & ad quos vers. immu.*

Et apud + quam ecclesiam quis debeat sepeliri. Regulariter, secundum Hug. ubi quis audit divina, & ecclesiastica recipit sacramenta. *inf. eod. cap. 1. ubi in trib. casibus cum quis vult sepeliri in ecclesia episcopali. 13. que. 2. ubi cumq. Item ubi eligit sepeliri in loco magis religioso. inf. eod. frater matrem. item ubi eligit sepeliri in sepulchro patrum suorum. inf. eod. ca. 1. 12. q. 2. placuit. & c. Ebron. item lo. ceph.* Sed Jo. Vinc. & Laur. dixerunt, quod quemlibet locum eligere poterat *inf. eod. in præsentia, quod potius contra. cum enim ibi loco privilegii concedatur. ut inf. eo. ceteris facit patet, quod de jure communi secus. C. de heret. l. unica. lib. 10. infra de verb. sign. abbate. vers. fin. ergo si eligit magis religiosum rite ibi transfertur. infra eod. quoniam cum liberum. quod intelligas, si ecclesiæ parochiali reliquit partem canonicam, alias forte appellari possit. & quilibet differens excommunicari. *inf. eod. cap. 1. & c. ex parte. Goff. no. quod quilibet potest eligere sepulturam & in loco etiam minus religioso, secundum Jo. dum tamen portionem legitimam relinquit propriæ ecclesiæ. inf. eod. c. 1. & c. de hys. & c. cum super.* & si qua jura contraria inveniantur, intelligenda sunt quando electio sit ex electione, vel ex odio, vel contemptu, vel quando non reliquit ecclesiæ parochiali canonicam portionem. Tu vero ut de hac materia planam habeas notitiam, sic dist. Cum queritur, ubi quis debeat sepeliri, distinguatur utrum elegerit sepulturam, vel non. si elegit, aut erat pubes, aut impubes, aut habet patrem, aut non. Si habebat patrem, aut idem pater elegit sibi sepulturam, aut non. Si pater elegit sepulturam sibi impuberi, ibi sepeliendus est impubes, ubi pater elegit : nisi contraria consuetudo regionis repugnet. sic intellige *infra ro. c. de uxore. §. 1. cum enim pater filio impuberi testamentum facere possit : ut Inst. de pupil. sub §. igitur. & ff. de inoffic. testa. contra veterem. alias Papi. §. sed nec impuberis. & rationi sepultura eligatur. ut 13. quest. 2. placuit. §. sed & aliud. patet, quod & eidem filio potest eligere sepulturam. Quid si pater non elegerit vel impubes patre careat in proprio cimiterio sepeliendus est : quod si in extraneo sepeliatur, restituenda sunt ossa, & ea quæ occasione sepulturæ obvenerunt. sic intelligas *infra eod. in cap. nostra. §. ult. Impubes ergo sepulturam eligere non potest : quia nec testari. ut ff. de testa. & qui testa. fac. possit. quæ etiam. Eadem***

ADDITIONES

- f Conceditur aliquis religiosis privilegio speciali.] Adde elem. dudum. & ibi doct. eo. in scilicet de sepul.
g Item usurarius.] Adde an debeat sepeli in cimiterio, si hæres post mortem laus faciat usuris. vide per gl. in c. nec quemquam. 24. q. 3.
h Requiritur licentia iudicis.] Adde doct. in cle. 1. de penis.
i Sed nunquid mulier prægnans.] Adde glo. in c. eccl. de conse. dist. 4. & per doct. in cap. ex parte. et. 2. c. de sepul. & facis ad q. si mulier prægnans fuit baptizata, debeat iterum baptizari partus cum nascitur. die quod sic, ut in cap. si quæ mulier. ca. si. ad corpus maritici & in c. qui in m. scernis. de conse. dist. 4. & quid si excommunicatur mulier gravida, an intelligitur excommunicatus partus quem habet in utero, dic quod non secundum Bal. in l. servorum. ff. de sta. hom.
k Quilibet potest eligere sepulturam.] Adde glo. & ibi Car. Zah. in c. in nostra. de sep.
l Impubes.] Adde rex & ibi doct. in c. licet eo. sit & lib. 6. & per Pet. de Vbal. in tractatu 4. can. in 11. c.

dem ratione videtur, quod nec religiosus. ^m sed contrarium verum est. *infra de exce. prel. nimis iniqua*. §. 1. *versic. sed si quis decedentium fratrum*. & electio ratio, quia hæc electio refertur ad illud tempus, in quo religiosus à iugo obedientie absolvitur. *arg. infra eod. de uxore. mors enim omnia solvit. in auct. de nu. §. deinceps. col. 4. 7. q. 1. sic*. Si vero is qui eligit, pubes erat, sed filiusfa. non videtur, quod eligere possit, eadem ratione qua dixi de impubere: quia nec filiusfa. testari potest. *Infir. quib. non est permis. fa. test. in prin. ff. de do. fili. iusfa. contradic. tamen. nec ob. leges prox. intelligo enim quod non possit testari in temporalibus profectiis, vel adventiciis porro quo ad spiritualia & ecclesiastica. secus in spiritualibus enim quilibet filiusfa. ex quo pubes est, paterfa. reputatur. unde potest matrimonium contrahere, etiam invito patre siue sit spiritualis. ut *infra de reg. cum virum in si. siue carnale ut *infra de depon. impub. c. 1. & de condi. in ma. appo. per tuas. in si. licet lex contradicat. ff. de ritu nup. l. 2. sed de honorat. ut *32. q. 2. honoratur. sic etiam filiusfa. clericus, quamvis in sacris constitutus, super adventitio peculio testari potest, quia in ipsum quasi caltren. paterfa. iudicatur. ut *supra de testa. tua nos. vel quia nos. & c. reiatum. §. ceterum. & c. de epis. & c. auct. presbyteros. & in auct. de san. epis. §. presbyteros. 2. col. 9. Inde est, quod in matrimonio carnali vel spirituali agit & defendit se, sine cur. autoritate, etiam proc. constituen. ut *supra de testi. spol. ex parte. & de elect. dudum. & c. cum nobis olim. Igitur cum sepultura spiritualis sit, ipsam eligere potest, licet quivis paterfam. hoc etiam impugnetur à contrario. *infra de uxore. §. nam ex hoc quod dicitur, quod pater eligat sepulturam minoribus filiis suis id est impuberibus nisi consuetudo terræ repugnet. patet à contrario, quod puberibus non eligit. sed ipsi met. eliget, si voluerint. nec male exposui, minoribus, id est, impuberibus cum impubes & pubes minor 25. an. dici consueverit minorennis, ut *sup. de proba. in prin. §. verum syndicus. Si autem sit pubes paterfam. non est dubium, quod eligere potest, sed ad hoc, quod electio teneat in hoc casu & iuperioribus dist. est, utrum locus, quem eligit, sit magis religiosus, quam is, quæ dereliquit: vel minus, vel æqualiter. Si minus, non valet electio, nisi ratione privilegii concessi illi loco: in quo elegit sepeliri, aliud contingat. ut *infra eod. in nostra. §. 1. contra. & §. talem. & c. certificari. in prin. Si æqualiter, valet. *infra eod. c. 1. & c. cum liberum. & c. cum fraternitatem. & supra de rescr. sedes. in si. Alii contradicunt, quia non licet, nisi magis religiosus sit. *arg. *infra de regula. licet. & supra de trans. epi. licet. in si. & q. 94. dist. legib. & ff. de mun. & ho. gradat. Si vero sit magis religiosus, refert utrum proprio loco, quem dereliquit detur siue reddatur canonica portio, de his quæ reliquit pro anima sua, seu occasione proveniunt sepulturæ, & tunc refert utrum fuerit illeclus, vel ex temeritate & contemptu transierit: & sic non valet, ut ar. 20. q. 3. constituit 13. q. 2. sed illud. 10. q. 2. 1. mandamus. *infra de verb. sign. conjugal. dudum. vel hoc per seipsum fecerit bona fide: & tunc valet electio. Vel non reddatur canonica portio, & tunc non valet. nam sub certa forma hoc conceditur, si scilicet canonica portio relinquatur. *in si. c. 1. & statim ut sequitur, sub anathemate prohibetur, ne aliter eligatur. ut *infra eod. c. 1. in fin. ergo si forma hæc non servetur, electio non valebit. super quo vide quod pos. *sup. de elect. §. quis eligi. ver. de hoc detur pontificale. & seq. Locum autem religiosum magis intelligo illum, in quo frequētius & honestius pro vivis & defunctis celebratur. ut d. c. fraternitatem, sic & habitus non facit monachum, sed professio & sanctitas. *infra de regula. porrectum. & 40. dist. multi. in si. 9. dist. sena. Ideo non videtur quod possit quis relinquere ecclesiam cathedrali pro regulari. dicit enim c. quod corpus primo sepeliatur in cathedrali, secundo, in loco magis religioso, tertio, ubi decimasolvere consuevit quod ca. Dai de viatore idem intellexit. c. habes. 13. q. 2. ubi cum. sed in ipsa ecclesia cathedrali potest quilibet eligere sepulturam: licet & alia sacramenta recipere, ut *sup. de offi. archiepi. offi. & sic parochianus dicit. est parochianus cathedralis ecclesiæ, non eccl. suffraganeæ tamen parochianus non intelligitur parochianus Metropolitice ecclesiæ. ar. *sup. de of. or. pastoralis. §. 1. & *sup. de usup. pal. c. 1. de viatore. dic. ut no. *infra eod. ver. quid de viatore. + Hæc aut. canonica portio est aliquando tertia, aliquando media, aliquando quarta: ut *infra eod. c. 1. & 2. & c. cum super. quia unaquæque provincia in suo sensu abundat: ut *infra eod. certificari. quod si consuetudo propriæ ec-***********************

clesiæ non appareat, dico spectandam consuetudinē Metropolitice ecclesiæ: ut *infra de don. duo. ius. & 12. dist. novit. si nec illa apparet consuetudo vicinarum ecclesiarum. ut *infra de cens. super eo. Quod si consuetudines vicinarum ecclesiarum diversæ sunt, dicunt quidam, minimam observandam, hoc est quartam, *arg. ff. de arbi. diem proferre. §. si plures. & de reg. iur. semper. & de legi. de quib. & *infra de cens. ex parte ff. de leg. 2. si in relictum. respon. 1. ad si. & l. qui quartam. ff. de leg. 3. nummis. Alii dicunt, maiorem considerandam, hoc est, mediam. *arg. *sup. de consue. c. in alim. & *arg. *infra eod. ca. 1. ibi: ut iuxta Apostolum, & c. supra de rescr. requisti. §. quod reliquum. & seq. ff. de usuf. c. cum. & de verb. signi. nomen filiarum, & portio. cum anim. hic concedatur privi. in præjudicium alterius, non est latè interpretandum. *supra de rescr. mandatum. & de offi. delega. super eo. & *infra de sta. mon. in singulis. §. porro. Alii dicunt medium considerandum, hoc est, tertiam, quia in dubio medium tenere beati. ar. ff. de redh. actio. sciendum. & c. communi de leg. l. ult. & *sup. de offi. custo. c. 1. & *sup. de offi. delega. querenti. & *Infir. ex quib. causis ma. non poss. §. pen. quod dic. ut *infra eod. sub §. vetui. §. & quia. Est autem danda hæc canonica portio de rebus, & possessionibus. ut *infra eod. c. 2. nec non de oblationibus relictis, & aliis quæ defunctus pro anima sua in ultima voluntate reliquit: seu qualitercunque proveniunt nomine sepulture: ut *infra in nostra. §. talem. & §. pen. & ult. nisi ratione privilegii aliud contingat: ut ibi dicit de equis & armis relictis in subsidium terræ Sanctæ, vel ratione divini cultus, ut in his, quæ relinquuntur pro luminariis libris, & ornamentis ecclesiasticis, seu 7. 20. 30. anniversariis, vel ratione conditionis apostolicæ à testatore, qui mortuarium proprie reliquit ecclesiæ, ut eo contenta esset, & de aliis nihil exigeret. quod intelligas verum esse, nisi ad hoc inductus esset infirmus, ut pro his relinqueret qui simpliciter pro anima relinquebat. tali enim dolo vel fraude detecta, etiam de his canonica portio exigetur. ut *sup. de rescr. officii. & c. ult. Hoc tamen ita demum verum est, si ecclesia his egeat: aliàs episcopus habebit inde canonicam portionem: quia cessat causa, propter quam privilegium datur, & innuitur. *infra de verb. sign. ex parte. 3. Ergo si infirmus hoc modo religiosorum locum elegerit, valet electio, ut dictum est. & probatur, *infra eod. cum liberum. ar. *sup. de rescr. sedes Apostolica. licet sit argumentum contrarium. *supra de trans. epi. c. ult. argum. *infra eod. c. 1. Quid si proprius sacerdos ipsum, qui alibi elegerat sepeliri, violenter rapuerit, vel totus conventus, vel major pars ius, quod in mortuario habet, amittit, & ossa restituet. ut *infra eod. cum liberum. argum. C. unde si quis in tantum. & 16. quæst. 6. placuit. secus crederem, si minor pars de conventu, vel solus prælator deliquisset, quia delictum personæ, & c. ut *supra de exce. cum venerabili, §. intelleximus. & *infra de privileg. cum olim. §. tandem. 16. quæst. 6. si episcopum. Quod si aliquis sepulturam elegerit, in ipso cimiterio sepeliendus est idem si locum inferioris religionis elegerit, & si secus attemptatum fuerit, corpus, & universa, quæ occasione sepulture proveniunt, erunt restituenda, vel super his est amicabiliiter componendum, ut *infra eod. fraternitatem. in si. & ca. ex parte. & in c. nostra. §. pen. & ult. Licet aut. uxor debeat sepeliri cum viro suo, si non elegerit sepulturam. ut 13. q. 2. unaquæque potest tamen ipsam eligere ubi vult. *infra eod. de nro. re. Quid de viatore. o de hoc nota. *sup. eod. vers. non videtur. & dic. quod videtur sepeliendus in loco, in quo moritur scilicet si nimis distet à propria parochia, quod cū difficultate à satore deportaretur, *arg. ff. ad muni. ejus qui. §. pe. & de ju. heres absens. ibi, nam ubi sic venit, & c. & *arg. *infra de eccl. ad audiendum. 1. Alioquin si de facili, & sine satore deportari posset, et cum suis parentibus tumulandus, ar. *infra eod. c. 1. & c. fraternitatem, 13. q. 2. Ebron. §. Joseph. Et hoc dico, nisi consuetudo contraria appareat.********************************

Quis tenetur facere funeris impensas. ^p Re-
spondeas, hæres: & ab ipso ^p peti

ADDITIONES.

- ¶ Quod nec religiosus. Adde *infra in c. in suis de exce. prel.*
¶ Vxor debet sepeliri. Adde *infra in ca. Ebron. & capis. platinis*
13. q. 2. ff. 2.
¶ Quid de viatore. Adde *Card. Zab. in c. 1. in 3. q. 9. sit.*
¶ Funeris expensas. Adde quid de expensis faciendis in funere
R r 3

prælati. vide per Card. Zab. in c. m. præterea, in l. q. de ele. idem Card. in l. bona, c. l. 2. eod. tit. d. ff. de Ab. in dispensatione, incip. Sempronius. Pet. de Peru. in l. ratiōem quarta canonica. cap. 13. Calde. confil. 1. & 2. de sol.

peti possunt: quia videtur quasi contractum cum defuncto, & si mulier dotem habet de ipsa funeranda: alias ad ipsum maritum pertinet, ne in injuriam suam uxor impulta relinqui videatur, ut ff. de rel. & sum. fu. l. 1. & si quis. per totum, §. ult. & l. seq. & l. quod si nulla dos. Funeris impensa, continet, quod causa unguentorum, seu pro loco, in quo defunctus sepultus est, seu corporis causa: qualitercunque, moderatè tamen consumptus est ff. de relig. & sumpt. fu. l. 1. & si quis. §. hæc act. & seq. Qui vero venit si patriam dolendam, & filios interficiendos, a filio impune occiditur, & minime lugendus est ff. de relig. minime majores, & per hanc legem quidam scholaris reprehensus fuit, interrogatus in quo casu licitum erat interficere patrem.

An licitum sit clerici aliquid accipere occasione funeris. Dicat non ex pacto. inf. c. abolende, neque ratione terræ, ut ibi. neq. ratione officii. inf. de sumo. non satis. & c. seq. cum ecclesiæ, gratis ergo impendant officium, & postea exigant laudabiles consuetudines. inf. de sumo. ad Apostolicam. & junde quod no. sup. eo. §. 1. & inf. de sumo. §. qualiter commutatur. per in casib. & seq. In summa not. quod quarta non deducitur q. de relictis, ad causas sup. de test. c. ult. neq. de equis & armis. inf. eo. in presen. neque de his qua quis in vita sua dedit. inf. de his. & de hoc plenius no. inf. eo. sub §. recus. §. & de quib. Item qui domum moribundi ascendit, ipso aliisve qui ejus sunt, molestatis, aut rebus ejus, non servato legali officio, signacula imponat ab ac. post mortem illius cadit, & alterum tantum exigatur ab hæredibus injuriati publicanda tertia parte bonorum, ipsoque infamia notato ejusdem pœnis subjacet: qui eo moriente circa funus peccat, eo quod exequias prohibeat, sed nec ante 9. dies ab obitu numerandos illa prorsus fiat molestia, ad verus quemlibet ex persona defuncti: si qua enim cautio exigatur, si quid simile sit, inutile erit. C. de sep. vio. auct. item qui. & auct. sed nec ante. 9. dies. & concordant cum decre. parochiano. nam & summa est ratio, quæ pro defunctis facit, arg. ff. de relig. & sumpt. fu. sunt persone. Sed contradicit. C. ne ex delict. defun. l. unica quantum ad ad hoc, quod decr. parochian. dicit hæredem teneri ex delicto. non diff. utrum his fuerit contestata, vel aliquid pervernerit ad eos: sed hoc est de jure can. quod magis curat de anima, quam lex. sup. de relictis. spol. sepe, & de jurejur. cum contingat. si enim hæres non solveret, videretur succedere in vitium, & delictum patris sequi. & ideo cogitur. l. qu. 4. ego sum Deus zelotes. Sepultura tamen impediri non debet. ex quo reconciliatus, ut dicit decr. parochian. vel ex quo certa signa pœnitentiæ apparent, inf. eo. de sen. exc. à nobis. 2. nec est in hoc admitenda appellatio creditorum. ar. ff. de ap. non testi. l. si ff. de exc. m. c. 1. resp. i. in fi. ff. de reli. & sum. fun. sunt persone. ver. non propter publicam utilitatem. & l. ne corpora. & de hoc, sup. eod. §. quib. interdicitur. vers. fallit hoc in rapto. Quid si quis in una ecclesia habeat sepulturam, cum in alia divina percipiat sacramenta: & in tertia eligat sepulturam, cui ecclesiæ competit canonica portio. respon. Si apparet consuetudo illa servabitur. infra de deci. cum sint homines. & c. ad Apost. si non apparet de consuetudine, dicam inter ipsas viriliter dividendam. argumen. infra eod. c. 1. sup. de testa. relaxum. 2. in fin. & idem dici debet, si in duobus locis æqualiter morabatur, argum. ff. ad munic. assumptio. §. pen. & l. ejus, qui §. Celsus, l. de parochiis, c. 1. supra de test. requisisti. §. si quod relinquitur. & §. sequ. Quid si quis recipiatur in confratrem alicujus loci religiosi, bonis tamen suis non oblati, sed relictis, & ibi sepeliatur, non liberatur à canonica portione: infra de privi. cum & planare, §. de confratribus. & cap. privilegia. §. 1. Quid si is, qui intravit religionem, mortuus est intra annum ante professionem, & ibi sepultus, non competit canonica portio: quia in vita intravit, & in religio. mortuus est, quamvis non professus. secus, si intrasset in infirmitate, de qua obisset: quia tunc competere canonica portio. inf. eo. de his. & c. 1. & 2. inf. de stat. mon. c. 1. secundum hoc intellige, infra eod. in c. 1. §. nihilominus. Quid si consuetudo sit, quod nihil percipiat ecclesia parochialis: putavit Goffred. quod non valet, cum sit irrationalis. supra de consue. c. 1. & contra jus. infra eod. c. 1. Item qui auferat ecclesiæ tota commoditas rei suæ, id est, parochiani quod

essenon debet. argum. ff. com. præd. venditor fundi. in fin. & de hoc, infra sub §. vetus, §. & quora. vers. sed nunquid ratione constitutionis, & seq. Quid si relinquit propriæ ecclesiæ 10. illi aut ecclesiæ, in qua elegit sepeliri, reliquit mille, nunquid agat propria ecclesi. ad integram can. de mille? dixit Goffred. quod sic, si testator hoc modicum absolute reliquit. argumen. supra de test. officii. & c. requisisti. quasi testator videatur voluisse, quod utrunque haberet. arg. C. de rei ux. ac. l. unica, §. sciendum. Alii dicunt, quod ad supplementum agere potest. argum. C. de inoff. test. omnimodo. & l. si quando. §. illud. inf. de inoff. test. §. posthumi. arg. sup. de contra. emp. cum dilecti, & c. cum causam. quod si sub conditione reliquit, ut ea portione contenta esset, & ecclesiæ acceptavit ibi, secus si omnes renunciasset videtur majori petitioni. sup. de test. c. 1. hanc ultimam amplector, nisi expressim appareret, testatorem voluisse, quod Goffred. sentit. nec obit jura pro comdata: qui specialia sunt, quo ad portionem episcopi. si vis scire rationem specialitatis, vide sup. l. 2. requisisti. §. 1. & §. secus. Quid si in propria ecclesia elegit sepeliri, & nihil ibi reliquit aliis autem ecclesiis multa legavit. dicunt quidam, quod gratis sepeliet ipsum propria ecclesia, quia ex officio suo ad hoc tenetur. inf. de sumo. non satis. & c. seq. inf. eo. abolende. & sic nihil exiget, nisi consuetudo esset, quod aliquid detur. inf. de sumo. ad Apostolicam. & hoc, nisi testator, vel aliter ecclesiæ deprehendantur in fraudem: quia in talibus fraus puniri debet, ut sup. de test. officii. & c. requisisti. §. 1. infra eod. cum liberum, 20. q. 3. constituit. Hi sentiunt, quod parochialis ecclesiæ nihil exigat, nisi de relictis occasione sepulture: sed contrarium verum est, quod dic, ut no. inf. eo. sub §. vetus, §. & utrum. ver. verius videtur, & præ. & secundum hanc ultimam opinionem, est questio expedita. Quid si quis eligat sepulturam in aliquo monasterio, & factio inde publico instrumento, jurat quod nunquam magis veniet, contra Deum alibi eligi sepulturam, nunquid valet secunda electio: videtur quod no.: quia juramentum primum servandum est, cum non vergat in detrimentum salutis æternæ, sup. de jurejur. si vero. & c. cum contingat. nec habebis me autorem perjurii. C. si adversus ven. l. 4. C. de indi. vidu. m. l. 2. in fi. ff. de leg. 3. cum quis decedens, §. cotillius. Sed contra, quia ambulatoria est voluntas testatoris, usque ad extremum vitæ exitum: ut no. sup. de test. §. qualiter confirmetur. nec potest quis etiam per pactum facere, ut non liceat ei recedere à priori voluntate, ff. pro socio. cum dicitur, §. Papi. §. si ff. de leg. si quis. in prim. testam. nemo. nemo etiam potest facere, quin leges in suo testamento locum habeant. ff. de leg. 1. nemo. Item juramentum non magis astringere videtur bonum obedientiæ: sed ipsum non obstat & est ratio, ut no. sup. eod. §. & apud quam ecclesiæ sub dist. cum queritur. ver. eadem ratione videtur, quod nec religiosus: ergo nec juramentum obstat. Solut. Domini legum dicunt, quod valeo mutatio voluntatis, non obstat juramento, per quasdam leges, quas infra no. ver. & in hoc casu intelligo leges. Magistri canonum dicunt, quod obstat juramento, & hæc duo tetigit Ray. in summa de casibus ex. dicens, quod licet de rigore juris sive subtilitate posset dici, quod teneret ultima electio: tamen contrarium credit, secundum Deum, & canonicam æquitatē. In hac questione sine prejudicio subtilius discernentis videtur mihi distinguendum esse, utrum prima electio facta sit ex illectione, vel ex contemptu, vel in prejudicium parochialis ecclesiæ, cui canonica portio non relinquitur. & sic non valet, ut apparet in his, quæ no. sup. eod. §. & apud quam ecclesiæ. ver. Goffred. & sub dist. quæ incipit, cum queritur, ubi quis debeat sepeliri. vers. si vero sit magis religiosus. & seq. in hoc casu, vel pactum tale habitum in prejudicium ecclesiæ parochialis: imò per Papam penitus reprobatum, sicut expressim legitur, sup. de pac. pleriq. & sic nec valet juramentum in prejudicium ecclesiæ. factum. sup. de jurejur. sicut nostris. imò est perjurium ut ibi, & sup.

ADDITIONES

9 Quarta non debetur. Adde Barb. confil. 1. incip. ad reverentiam summam. in 4. volum.

10 Ante professionem, & ibi mortuus. Adde Arch. in c. 2. eodem. vius lib. 6. Arch. in §. sed ad id. 13. q. 2. Doct. in c. 2. de sepulch. Bal. in auctent. ingrossi. C. de sacrosanct. ecclesi. Bal. in auctent. nisi regis. C. de Trebol.

& sup. de his, que s. a. ma. par. ca. 1. §. p. & f. Et in hoc casu intelligo leges, quas domini inducunt scilicet quod non valet juramentum contra leges prælitum, verum est in alterius præjudicium, vel in juris publici læsionem, vel ubi omnino iniquum & reprobatum est, quod juratur. sic loquitur manifeste. f. de pac. juris gen. §. si pascitur. & seq. & per generaliter. quod pactum a jure communi remotum est, servari hoc non oportet, nec ligari, nec jussurandum de hoc adjectum servandum est sic etiam intellige. C. de leg. non dubium. in §. f. de leg. 1. si quis inquilinos. §. f. C. de nupt. athen. quod eis nam in talibus, & ubicunque peccatum mortale non committeretur, si juramentum servaretur, magis placent Deo transgressiones, quam jurisjurandi observationes. nec est imputandum ei qui præstitit, sed ei qui exegit & recepit. ut in athen. scenicas mulieres. non solum si fidei iussu præstent, sed etiam si sibi jur. dent, sine periculo discedere, circa medium, collat. 5. multo minus valebit, si pactio simoniaca sit: sicut plerumque accidit religiosis aliquibus ad hoc, ut talis fiat electio, etiam ex pacto dabimus aliquod temporalia, quod omnino reprobatur. 1. q. 2. quam pio. sup. de pact. c. f. vel si velis dicere, quod valeat electio, quo ad personam suam id est corpus & ossa ad minus omnia temporalia restituenda sunt. 20. q. 3. constituitur. Sin autem proprio motu sine præjudicio parochialis eccl. cui canonica portio relinquatur: & ex pura devotione talis fiat electio juramento firmata, tenet, nec potest postea variari, nisi ex justa causa. & sic intellige opinionem magistrorum, & jura pro ipsis inducta. sup. eod. q. resp. 1. Ex causa autem nova post juramentum orta, de qua non cognovitis, qui elegit sepulturam tempore præstiti juramenti, variare potest, & mutare voluntatem suam. & sic intellige opinio dominorum, & jura pro ipsis inducta. argu. sup. de jura. cal. ceterum. sup. de excep. postora. puta si mutetur status suus, ut quia factus est episcopus, vel intravit relig. arg. sup. de jurejur. q. aemadmodum. & de dolo & contuma. propter hereditatem. §. verum. idem si mutetur status loci, puta dissipatus est materialiter, vel spiritualiter. arg. inf. de relig. do. inter q. datur. inf. de verborum signi. abbate. ad §. nam & juramentum conditiones habet tacitas. super quibus vide quod no. sup. de jurejur. §. quos species. ver. habet autem. & seq. Si vis in hac questione plura jura allegare, vide quod no. sup. de jurejur. §. quomodo censetur. ver. quid. & seq. & sub §. Papa etiam. & seq.

9 **V**etus est questio. tamen & adhuc sub iudice lis est, † an episcopus possit petere canonicam portionem: & quoniam hæc materia per varias glossas sparsa est, non tamen medullitus inquisita. inquantum insufficientia mea patitur, propono discutere. An hæc canonica portio debeatur, Et quota sit, Et ad quibus petatur, Et de quibus exigatur, Et utrum canonica portio episcopi impediat petitionem canonicæ portionis parochialis ecclesiæ, vel econtra.

10 **A**n hac canonica † portio debeatur. Et quidem hoc negari non potest: quia ipsam deberi, convincitur per jura Decretorum, Decretalium, & naturalium rationum. Nam secundum Decree. episcopi percipere debent tertiam partem omnium oblationum & reddituum, undecunque proveniant: ut 10. questio. 1. de his. & cap. de cernimus. 16. questio. 1. constitutum. Sed contra, quia medietas debetur. 10. questio. 1. antiquos. falsum est: imò quarta: ut 12. questio. 2. vobis. Vultem concessio quatuor de redditibus cognovimus mos est, nisi ipse episcopus ecclesiæ donet, quia tunc de dono suo nihil detrahit: sed tunc quartam, quam de aliis perciperet adveniens elargitur. 12. q. 2. cernimus. alii exponunt adveniens, id est, episcopo, cui advenarum hospitalitas est commissa, & non dist. utrum relinquatur ab episcopo, vel ab alio: sed ego intelligo. ut supra hoc etiam respiciat Decretum. 16. questio. 1. ad hoc. Solutio. Rejctis antiquis divinationibus & incertitudinibus hoc solum verum puto, quod omnes prædicti can. concordant in portione canonica danda episcopis. sed in quota discordare videntur: de quo dic ut infra eodem §. & quota sit. Non obstat. 10. questio. 3. cap. 1. 2. & 3. quia intelligo ipsa secundum determinationem aliorum capitulorum. Tertium enim quam olim consuevit percipere episcopus, hodie de jure perciperet verum est integram, sed quartam tantum, & aliam quartam relinquet fabricæ: nam si illam tolleret, & in usus proprios converteret:

lumen auferret ecclesiæ, & etiam facta tacta: sic intelligo. 10. questio. 1. cap. 1. Sed & si sibi sua non sufficiunt, in usus suos eandem quartam potest convertere, dum tamen velit subire onus fabricæ. sic intelligo. infra eod. cap. 2. & 3. Alioquin si sibi sua sufficiunt, oportet quod probet expensam per testificationem operis fabricæ: & hoc in qualibet ecclesiâ locum habet, ut 12. q. 2. quatuor. sic est de jure Decretorum, nec aliquid jus contradicit: igitur quod non mutatur, quare stare prohibetur: ut C. de appellat. præcipimus. & de istam. faciemus. nam nisi expressim revocetur, semper in suis terminis remanet, ut in athen. de non athen. rebus eccl. §. ult. col. 2. & arg. ff. de leg. 3. si quis in princ. testamenti. & in athen. de ista. imperfectus. §. si quidem. col. 8. Sed nec jura Decree. nos fugient quarum aliqua dicunt, quod de relictis defunctorum debetur portio canonica. supra de testam. officii. & cap. requiristi. Item de decimis: a infra de decimis. quoniam. & quo ad hanc partem intelligo, quod episcopus de jure communi fundat intentionem suam, quoad omnes terras, quæ per suam dioc. excoluntur. sic plane intelligo, quod quidam alii difficile reputant. infra de decimis. dudum. quæ cum hoc intellectu nullum recipit contrarium in eo, quod dicit de jure communi. debere in hanc canonicam, & esse in dioc. correlativa videntur, sicut manifeste inhiuitur, infra de cens. cum olim. & in aliis concord. positis. infra eod. §. & quora. vel dic, quod de jure communi in solidum pertinet ad ipsum actio: dum tamen de rato caveat ratione regiminis generalis, de quo legitur, 10. questio. 1. regenda. & c. seq. argu. supra de officiorum. sed de his tenetur providere aliis fratribus suis, & clericis, & suam unicuique reddere portionem. & hæc probantur. 12. questio. 1. episcopus ecclesiasticarum. & c. sequent. & aliis cap. supetius allegatis. & 16. questio. 1. statuimus. §. præced. & questio. 7. cum ergo ecclesiæ. & c. sequens. & de hoc notatur supra de præscripti. sub rubric. de præscripti. rerum immobil. §. quæ exigantur. sub §. quatuor. Naturalibus etiam rationibus probari potest, quod hæc portio debetur. ff. de reg. jur. secundum naturam & 13. qu. 1. ab illo. §. quia ergo nos in iramuros. usque ad §. ad hoc infra eod. c. 1. in epistola beati Pauli Apostol. ad Corinth. 1. cap. 9. Mirum enim videretur, & contra omnem rationem esset, & mansuetudinem, si episcopus, cui commissæ est cura & sollicitudo totius dioc. 10. q. 1. sic quidam. & c. sequi. & 12. qu. 1. episcopus ecclesiasticarum. & c. præcipimus. si sint monachi, si hospitalarii, vel quivis religiosi. 18. qu. 2. quidam monachorum. & c. sequens. nil elemosinenti perciperet. Item cum pater carnalis in hæreditate corporali carnalis filii habet legitimam, a qua etiam ex hæreditari non potest, nisi ex causa in jure scripta, ut in athen. ut cum de appellat. tog. §. faciemus. col. 8. & notatur supra de testam. §. qualiter infirmetur. sub §. item per querelam. versicul. sed & patri. quare pater spiritualis scilicet episcopus, non habebit suam legitimam de relictis spirituali filiis spiritualibus his rationibus & consimilibus moti sancti Patres constituerunt, quod de omnibus haberent episcopi suam canonicam, de quo notatur supra de test. sub §. fin. vers. qualiter autem relictis. ideo ponuntur hæc verba, dudum rationabiliter est decretum. 12. q. 2. quatuor. in princip. unde nec filius spiritualis patrem spiritualem episcopum in hac parte ex hæredare seu fraudare potest, ut supra de test. requiristi. Sed & summus Pontifex hoc jus renovare debet, & illuminare, si forte in aliquibus locis inveniat per desuet. innumbratum, ut in istu. in proemio. §. igitur. & in athen. de hered. & Falc. §. 1. supra de treug. & pac. innovamus. quia usque ad effusionem sanguinis ipsum defendere debet. 23. questio. 1. sunt quidam. & tractatur 4. dist. §. leges. & supra de præbend. cum jam dudum. in fin. portionem ergo canonicam, & hanc solum de jure communi habet episcopus, cætera ex industria, vel emptione, vel elemosyna speciali: illa ergo intrinseca & adhærens, & naturaliter competens: hæc extrinseca & accidentalis, & ab episcopo separata: quare ergo prima propter aliam amittetur. nec enim alicui diligentia sua debet esse damna. C. de aliu. & palu. l. ult. §. unico. nec pauperibus ab initio episcopis, ut innuitur 10. q. 3. cap. 2. industria vel augmentum episcopatus, quod laboribus & multis calibus quare interdi-

ADDITION.

a Item de decimis] Adde. c. dudum. de decimis. c. conquærentis. de offi. ord. Card. Zab. in c. de quarta. in 2. vo. de præscri.

interdicendum fuit: ut C. *arbitr. iure. si defunctus*. de his satis liquet, quod quantumcunque sit episcopus dives aliàs canonicam tamen sibi antiquitus à sanctis Patribus rationabiliter assignatam amittere non debet. quid ergo de paupere.

Et quota sit. † Dico, quod de jure communi quarta, ut n. q. 2. *robus. c. seq.* & hoc quatuor rationibus. Prima, quia illa c. posteriora sunt. *infra de cog. spir. c. 1.* Secunda, quia illam summam omnia jura concordant. *ff. de arbi. diem proferre. §. si plures.* Tertia, quia quod minimum est, tenendum est. *ff. de leg. 2. §. si in actionem resp. ad fin. c. de leg. 3. num. 15. c. de regul. jur. semper. c. infra de cens. ex parte.* Quarta, quia hæc est glossula Decretalium, quota sit hæc pars exponentium. *supra de offic. ord. conquere. c. de pref. de quarta. infra de cens. cum olim.* nisi ratione constitutionis, vel consuetudinis tertia dicatur, vel mediatur *inf. de verb. sig. ex parte. 3. c. in cap. allegatis. sup. eod. §. an hæc canonica.* Sed nunquid ratione constitutionis vel consuetud. dabitur quinta vel sexta, vel centesima, vel etiam millesima, nullo jure expressim cavetur, quod minus quarta detur etiam de consuet. & ideo cum quarta naturalibus rationibus decreta fuerit, ut *supr. probatur. §. prox. versic. naturalib.* fortè irrationabilis esset consuetudo, si minorem quarta comprobaret, vel maiorem, media: inter mediam autem & quartam inclusivè potest comprobare quotam placuerit. *arg. op. infra de deci. c. 1. ante fin. puto tamen contrariū, licet sum episcopus, dum tamen prescripta sit. arg. supra de sen. c. re jud. quod ad consultationem. §. ult. c. de test. officii. c. opt. infra de cens. olim causam. c. C. de inoffic. test. parentib. cum suis simil.* Sed nunquid eadem ratione nulla dabitur? Non puto, quia talis consuetudo omnino irrationabilis esset & leonina: ergo tanquam Fufia Canina abolenda. *arg. ff. pro soc. si non fuerint. §. Arist. c. Inst. de lege Fufia Canina. tol. & in rationibus naturalibus supra alleg. & supra de consuet. c. ultim. §. unico.* sicut ergo consuevit dici qui omnia mihi donat, omnia auferit: sic in hoc casu contra, qui omnia mihi auferre intendit, omnia reservat, hæc manifestè probantur *infra eod. tit. certificari.* ubi dic secundum rationabilem. & de hoc not. *supra eod. §. an licitum. vers. quid si consue. sit.* Sed nunquid præscribi potest sic, dum tamen titulus probetur. *infra de deci. dudum.* & sic intelligi potest. *supra de prescri. de quarta.* in hoc enim & similibus, quæ de jure communi competunt, præsumo semper ex parte præscribentis bonam fidem abesse, nisi titulus allegetur, & probetur per quem præsumatur bonam fidem habere: sic intelligo *supra de prescri. si diligenti.* nam in hac parte juris ignorantiam allegare non potest. *ff. de ju. c. fac. ign. juris. 1. c. 2. de usuc. nunquam.* in fundo verò vel vinga, vel consimilibus, quæ de jure communi competunt, credo quod sufficit tit. allegare, nisi præsumptio sit contra possidentem: ut *supra de prob. licet. §. cum ergo.* ubicunque enim præsumptio est contra possidentem, oportet quod tit. probet, per quem talis præsumptio tollatur, aliàs sufficit tit. allegare. licet de hac materia alii faciant magnam brigam. & de hoc plenius not. de præsc. sub rub. de præsc. rerum immob. §. que exigantur. sub §. quartum.

Et a quibus petatur. † Et certè licet aliqui dixerunt, quod illa c. supra inducta intelligantur in ecclesia cathedrali tantum: tamen dicendum est, quod peti potest ab omnib. intra propriam dioc. constitutis: ut 16. qu. 1. *constitutum.* siue sint capellæ monachorum, vel aliorum religiosorum, vel monasteria, vel alia pia loca: siue sint conventualia, vel quævis alia intra civ. vel extra. ut ex superioribus c. colligi potest specialiter. *supra de offic. ord. conquere. c. de test. officii. c. requisiisti. infra de verb. sig. 3. no. infra de stat. mon. §. cum quibus.* non obstat quibuscunque privil. Apostolicis exemptionis, vel aliis, nisi de jure diocel. & præjudicio ipsius expressè mentio fiat. ut *infra de deci. dudum. §. ult. c. supra de confirm. uti. c. ult. & argum. supra de offic. deleg. super eod. c. C. de eman. nec avus. c. ff. ne quid in loco public. fiat. l. 1. §. merito. c. §. si quis à principe.* & aliis si. nec tale privilegium consuevit Rom. eccles. condere quo ad personas in totum, sed tantum quo ad aliqua. ut patet in concordant. signat. *infra §. sequent.*

Hic autem sic obijci potest: Monasteria & loca religiosa à lege dioc. exempta sunt: & sic ad quartam non

tenentur, multo minus exempta. 16. qu. 1. *cum pro utilitate. c. q. c. cap. decimas. 18. q. 2. quam sit. c. l. ummo. §. si enim de relictis obtentu personæ non ecclesie. nihil deducitur, ut supra de testam. requisiisti. §. ult. c. de verbor. significa. ex parte. 3.* quare de prædictis deduceretur? Respond. Omnia prædicta intelligas quo ad proprietatem religiosorum, vel oblationes fidelium; inter vivos offerentium se, vel sua: sic enim expressim loquuntur *supra prædicta. & sic etiam intelligitur infra de stat. mon. c. 1. §. ubi dicit. d. n. extra de verbor. signif. veniens. §. ceterum. de nobilib. secus est de oblationibus in infirmitate. nam de ipsis debetur portio. infra de his. ergo contra voluntatem defuncti etiam deducitur ab episcopo, qui in relictis jus habet: ut *supra de test. requisiisti. c. Raynal. §. ultim.* ridiculosum ergo est dicere, quod si portio talium relictorum ad exemptos perveniat, repeti non possit. *arg. op. infra de deci. tua nobis. post duas partes decret. §. sic. c. eum de cunctis. c. versic. præterea. c. supra de jurejur. canon. nam licet quo ad canonicam aliorum reddituum, inspiciatur locus, ad quem reditus pertinet, utrum scilicet sit subiectus, vel non, tamen in his mortuariis non inspicitur locus cui relinquitur, utrum sit subiectus, nec ne. sed sicut dixi. si delis à quo relinquitur & relictum. nam de oblatione fidelium debetur portio: ut probant capitula allegata. supra §. an hæc canonica. & indistinctè loquuntur jura, cuiusque loco pio relinquitur: ergo indistinctè sunt intelligenda, nisi per aliud jus distinguatur. *ff. de offic. pref. l. 3. nec obstat. supra de offic. ord. conquere. non enim sequitur, debetur à capell. tuæ dioc. ergo non obstat exempti. nam & exemptæ vice dioc. sunt, licet non sint subiectæ. Quamvis ergo religiosi exempti sint quo ad proprietatem suam, non tamen quoad relictà aliunde provenientia: quia illa nō sunt exempta: sic nec à præstatione decimarum prædiorum, quæ ab aliis recipiuntur excusantur. ut *infra de deci. dilecti. c. licet.* ideo non repetitur ab eo tanquam à loco, sed tanquam à deponente relictis, vel quasi hæredi parochiani: qui nec aliter debuit recipi, nisi portione reddita, ut *infra eod. c. 1. nec episcopum fraudare potuit: ut no. supra. si enim ecclesia, à qua corpus assumitur, considerato jure parochiali etiam hospitalariis, & de omnibus relictis canonicam suam habet, ut *infra eod. c. in nostra.* quare non & episcopus, ut *supra de testi. c. ult. cum & ab ipso intelligatur assumi. nam & episcopus in ecclesia est: ut 7. q. 1. si ve. & tota dioc. sua parochia censeatur. ut 12. q. 2. bone rei. c. supra de don. Apostolica. c. supra de offic. ord. significavit. & per hoc ratiōe & inclusivè videtur esse responsum quæstioni factæ de episcopo. *infra eod. de his.* sed nec religiosi indistinctè sunt à lege dioc. exempti: ut patet *supra de ma. c. obed. quod super his. c. 18. q. 2. Abbates. c. Eleutherius. c. §. præc. c. ult.* Quid ergo de relictis parochiani excepti monasterii vel capellæ? adhuc videtur, quod episcopus, intra cujus dioc. consistebat ipsam canonicam habere debeat. nam nisi se indignū reddat, onus episcopale subit, etiam circa tales. ut *supra de præsc. veniens. §. christina. & arg. in c. cum olim. ibidem præc. ad fig. infra de privil. cum capella.* Ad quæstionem verò supra factam sic respon. si obtentu personæ relinquatur, ideo nihil deducitur: quia relictum potius est carnale, quam spirituale. si enim contrarium diceremus, de relictis etiam factis laicis posset deduci: & sic absurditas sequeretur. nihil enim ad nos de carnalibus, quia nec carnalia seminamus: si verò obtentu loci, vel ob salutem animæ cuiusque loco pio relinquatur, Christo relictum est, cuius vicarius est episcopus. 33. qu. 5. *mulierem.* hoc est ergo patrimonium crucifixi, b. quod nemini magis competit quam vicario, & his qui altario, à quo corpus vel relictum assumitur, servantur: ideo cum spiritualis labores sustineamus, de spirituali relictis vivere debemus. *inf. eod. cap. 1. c. supra de prob. cum secundum Apostolum. cum suis sim. reddantur ergo à quolibet parochiano quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo:******

ADDITIONES.

- a Exempti monasterii, vel capellæ] Adde Bal. in conf. 158. incip. Urbanus Papa in 4. vol. Barb. conf. 1. inc. ad reverendissim. in 4. vol. b Patrimonium crucifixi] Adde tex. in c. cum ex eo. de elect. lib. 6. c. Quæ sunt Cæsaris Cæsari] Adde rex. in c. si morte. 23. q. 3. c. in c. militare. 23. q. 1. originaliter. Maub. 23.

Deo : & caveat quilibet ne tollat fiscus quod non accepit Christus : ut 16. qu. 7. majores. quod si pauperes considerentur clerici egeni, & obediētes potius quam multi religiosi impingui, dilatat, & recalcitrantes intelliguntur includi. ut C. de sac. sanct. eccles. privilegia. & 16. q. 2. quoniam quicquid. & junge quod not. supra de test. sub §. final. vers. qualiter autem relicta. & seq.

Et de quibus + De oblationibus, & breviter omnibus rebus ratione altaris provenientibus, licet latius videantur loqui. c. allega. supra eod. §. an hec canonica. Sed certe sicut episcopo non aufero, quod aliunde acquirit, ut not. supra eod. an hec canonica. vers. portionem. sic æquum judico, quod de talibus aliunde acquisitis quartam non habeat : Deo de donatis inter vivos nihil exigat : ut argu. supra de sepul. de his. multo minus de emptis, vel aliter onerosè acquisitis temporaliter : sed de onerosè acquisitis spiritualiter indubietur, siue mortuaria appelles : ut supra de offic. ordin. conquerente. vel oblationes, nomine quarum mortuaria continentur : ut infra de verbor. signi. tum inter. siue judicium animarum : ut infra eod. tit. c. 1. vel leg. vel relicta pro anima in infir. de qua obiit, vel causa mortis pro anima, vel quacunque ultima voluntate, dum tamen obtentu seu ob devotionem ecclesie : vel pii loci relicta fuerint. secus, si obtentu personarum quamvis ecclesiasticarum, dum tamen in fraudem non fiat, probantur hæc. infra eod. tit. cap. 2. & c. de his. & c. in nostra. & supra de testa. offici. & c. requisisti. & infra de verbor. signi. ex parte. 3. & hæc siue sint mobilia, vel immobilia, vel quævis alia. Nam & de rebus debetur hæc canonica. arg. supra de rebus eccle. non alie. c. fin. & est expressum inf. eod. c. 2. & de omnibus aliis. inf. eod. in nostra. §. saltem. exceptis relictis pro 20. 30. vel equis, & armis relictis, sine fraude, id est proprio motu, & propria devotione defuncti, sine alterius instigatione, in subsidium terræ Sanctæ, ut in eisdem c. & sup. de test. cap. ult. Ergo breviter nisi expressum per jus vel priv. æstimetur, quantumcumque aliis exemptus sit, de omnibus : & ab omnibus exigi potest. Est igitur temerarium, & indignum, aliquem hanc canonicam suam sibi autoritate retinere velle : ut infra de privil. sanct. & junge quod not. sup. eod. §. & ad quam ecclesiam vers. est autem danda. & seq.

Et utrum + canonica portio episcopi impediat petitionem canonicæ portionis parochialis ecclesie, vel econtra? Audacter dico, quod non, quia diversæ sunt, & diverso jure, & diversis competunt. Episcopus enim percipit suam canonicam propter onus episcopale quod incumbit : quia constituit in celebrando : solenniter ordines conferendo, confirmando, chrismando, oleum sacrum benedicendo, basilicas dedicando, & reconciliando, abbates & moniales benedicendo, in prædicando ; poenitentias præcipue de majoribus criminibus injungendo, & impenitentes de ecclesia ejiciendo ; & reconciliando : de matrimoniis, & aliis spiritualibus judicando : & confirmilibus, quæ non cadunt in minore episcopo, sup. de elect. transmissa. & c. quod si quis. §. præterea. inf. de cons. eccl. aqua. & supra de offic. archi. officium. & de sac. uns. c. unico. §. quia verò. vers. per formis chrisimationem. Quis ergo unquam æquitatem præ oculis habens judicabit, quod sic oneratus, nihil emolumenti percipiat : sed si quartam tollas, nihil percipit : quia illa sola pro hoc onere assignata fuit à Sanctis patribus. ut no. ff. eo. §. an hec canonica. Procuraciones enim habet, vel ratione visitationis, vel pacti, vel consuetudinis, vel privilegii : ut no. infra de cens. §. ex qua causa. Cathedratium vero in signum subjectionis : unde nec ipsum in alium transferre potest, sup. de don. pastoralis. in fin. sed quid aliud percipit episcopus de jure communi. Parochialis vero eccl. à qua corpus assumitur, suam canonicam percipit : propter onus parochiæ quod subiit, quod consistit in celebrando : quotidie baptizando, poenitentias de levioribus injungendo : & sacramenta eccl. exceptis duobus administrando. & hoc respexit dect. inf. eod. tit. 1. cujus ratio : quanto onus episcopale majus est, quam parochiale, tanto magis in canonica episcopali, quam parochiali vendicabit sibi locum, tamen inter ipsas vix occurrat, ad perceptionem aliquam differentiam, nisi una ; quia forte parochialis non exigitur, nisi ab ecclesia in qua proprius parochianus eligi solet. unde nihil egit de relictis aliis ecclesiis, vel aliis piis locis, quia de his tantum hæc canonica exigi debet, quæ occasione sepulture obveniant, ut in-

nuitur infra eodem cum liberum. & c. in nostra. §. penult. vers. eisdem præterea. Episcopus verò intra suam diocel. ab omnibus, & de omnibus exigi debet : sicut supra probavi. §. à quibus. & §. de quibus. & hæc manifestè innuunt dect. de sepul. & de test. ideo in fraudem istius, vel illius nil faciendū est. ut supra de test. c. ultim. Ratio est, quia onus episcopale majus est, & per totam diocel. incumbit, parochiale verò minus, & per parochiam tantum. Item quia inspectis qualitatibus personarum adeo sufficit parochialis sacerdoti simplici quarta eorum, quæ occasione sepulture obveniant ; sicut episcopo canonica relictorum omnium : sed & subveniendum est magis episcopis, cum & ipsi graventur in multis, scilicet veniendo ad concilia, currendo huic illuc pro necessitate, aliquoties universalis ecclesie aliquoties propriæ, & in quibusdam aliis quæ occurrunt : ergo episcopus debet habere quartam quartæ parochialis : & quartam omnium aliorum intra suam diocel. relictorum. & hoc quidam de plano concedunt : ut apparet in his, quæ not. supra eod. tit. §. an licitum. vers. quid si in propria eccles. Verius videtur & æquius, quod utraq. de omnibus deducatur, sed episcopalis primò de universo : quia cum antiquior sit tempore, potior est jure, & quia digniori & majori debetur. præponenda est. arg. sup. de ma. & obed. c. 1. & c. statutus. & in auih. de her. & Fat. §. in ordinatum. col. 1. & ideo in ordine scripture præponitur. sup. de test. c. ult. demum parochialis. nam & hoc de his, quæ in test. relicta sunt, debetur, ut innuitur, inf. eod. c. 1. & c. cum super. & c. in nostra. §. saltem. quod si casu fortuito parochialis primò deducta sit, tunc percipiet quartam quartæ, & quartam omnium aliorum. quod tamen ad idem computum redit. arg. op. inf. de deci. tua nobis. §. & cum de cunctis. Nec videtur tibi absurdum, si hæc quartæ de universo detrahantur : primò episcopalis, secundò parochialis de omnibus quæ remanent, quia si prius parochianus in propria parochia eligeret sepulturam, & judicium animæ ei infoludum relinqueret, episcopus & parochialis sacerdos totum haberent, & hoc de rigore juris communis fieri debet, ut probatur ex superioribus. & 13. q. 2. §. sed aliud ante. c. si quis nascitur. igitur si de æquitate & benignitate à jure permissum est, quod ob devotionem alicui eligatur, & locis quibuscunque relinquatur, non potest conqueri locus extraneus. etiam de omnibus deducat episcopus mediam de consuetudine tridina, & parochialis ecclesie. de his quæ remanent, aliam mediam, quia sic saltem quarta ei remanet, quam quo ad hunc parochianum, qui extraneus erat, de lucro habet, cum in vita ipsius circa ipsum non laboraverit, alio vero debitum sui honoris percipiunt, sed non est par eademque ratio, amittere debita & lucra non capere, ut probatur. C. de jure deli. c. finis. §. sed si legatarii. & de codic. l. ult. & ff. de re. & sumpt. fin. & si quis. §. 2. Si dicas, laborat sepeliendo. respondet respectu alterius talis labor modicus est, aut nullus. Si dicas, laborat faciendo. 7. 20. 30. respond. nihil deducitur, si ob hoc sit reliquum. Quid ergo si parochianus extra suam diocel. eligat sepulturam? ille casus non est fortè jure determinatus, tamen videtur, quod ille episcopus, à cujus diocel. sumitur, prior sit, sicut consideratur parochia, à qua corpus assumitur, quo ad quartam parochialem, inf. eo. tit. c. certificari. & cap. in nostra & c. 1. nam & decimæ & oblationes sacerdotibus propriæ diocel. dandæ sunt, ut 16. qu. 6. pervenis. & fortè in realibus relictis, & in mobilibus. hoc indist. verum est. arg. supra de rescrip. dilectus filius. I. Sarracenus. supra de foro compet. postulat. C. ubi in rem actio. l. 2. sicut & decima realis debetur illi eccl. intra cujus limites res sita est, infra de decim. commissum. & c. dile. & c. quoniam. unde nec laicus nec clericus alienando rem ipsi ecclesie præjudicare potest. 16. qu. 1. si quis laicus. 13. qu. 1. §. 1. & fin. & per totam. Solutio. Dic si consuetudo apparet, tenenda est, infra de decim. tum fini homines. & ca. ad Apostolicæ. alioquin episcopo, intra cujus diocel. res sita est, restituenda erit portio canonica, sicut & ecclesie, intra cujus parochiæ limites sita est : quia si in vita alienando ei præjudicare non potest, ut sup.

not.

ADDITIO.

d Cathedratium] Adde gl. in cap. conquerente. de offic. ord. consili. inus. de relig. dom. in c. placuit. 10. q. 3.

not. proxi. multo minus in morte. *infra eod. de his. nec debet*
turbari jura parochiarum. *inf. tit. i. super eod. quamvis cum*
mulier. quantum ad personalem. forum viri sequatur. *ff. ad*
municip. filii. respns. i. & l. fin. §. idem respondit mulierem. tamen
patrimonialia, seu realia munera subiit mulier in loco, ubi
res sitæ sunt. C. de muli. in quo loco mune. sexui congru. & ho-
no. agno. l. i. lib. 10. & pensio rei ipsi civitati solvenda est, in
qua res sita est. ergo & canonica portio: ad hoc. *ff. de publi.*
& vellig. Imperatores ff. de cens. forma. §. si vero quis. sicut ergo
decima ratione terræ culturæ datur illi, scilicet ecclesiæ, ubi
terra est, & ubi cultura exercetur: sic & hæc portio: ergo
in realibus non est querendum de persona, sed de re. ad
hoc. *infra de deci. sua nobis. §. i. vers. & cum in cunctis. ff. ad Treb.*
l. i. §. si heres. ff. de judi. fidei commissum. §. i. ergo non debet alii
dare præter domini voluntatem. *supra de iurejur. ante. in*
fra de deci. sua nobis. §. i. vers. & cum de cunctis. & junge, quod
not. *infra de deci. §. cui danda sit. & infra tit. i. §. quis intelligatur.*
patet igitur, quod una non impedit reliquam. *arg. ff. de pac.*
si unus. §. & in summa. vers. ante omnia. si enim unus, & idem
duas quartas deducit de iure canonico, quamvis inter
dominos legum sit dissensio: sicut not. *de test. §. qualiter in*
firmetur. sub §. item per querelam. vers. nunquid potest quis dedu-
cere duas quartas. & seq. multo fortius diversis.

De parochiis, & alie. parochianis.

Rubr. XXIX.

S V M M A R I A.

- 1 Parochia quid sit.
- 2 Jus parochiale in quibus consistat.
- 3 Oblationum tres sunt species.
- 4 Offerre an quis teneatur de necessitate.
- 5 Prælati an debeant recipere quemlibet parochianum.
- 6 Parochianus an possit eligere confessorum. Ex parochianis quis intelligatur. 7.
- 8 Fines parochiarum an possint præscribi.

Parochia dicitur de quodam jure pa-
rochiali, scilicet jure fu-
nerandi: videamus ergo de parochiis. &
not. quod tit. iste ponitur inter tit. de sepul.
& tit. de deci. quia quilibet ipsorum ad eum
pertinet. sic *supra de pecu.* qui positus fuit inter tit. de don.
& de test. eadem ratione igitur discutiamus. Quid sit paro-
chia, in quibus consistit jus parochiale, Utrum prælatus
debeat recipere quemlibet parochianum, Utrum paro-
chianus possit eligere confessorum, Quis intelligatur pa-
rochianus, Et an fines parochiarum præscribi possint.

1 Quid sit parochia. ⁺ Locus, in quo degit po-
tulus alicui ecclesiæ depu-
tatus, certis finibus limitatus, & accipitur hic parochia,
quatenus spirituale jus ecclesiæ se extendit, & in una deter-
minatione plures baptismales esse non possunt. *16 q. 1. plu-*
res baptismales. imò dividi debent, & limitatio à Dionysio
initium habuit. *13 q. 1. c. i. supra de his, quæ sunt à præl. sine con-*
sensu cæ pastorali. sed & quandoque dicitur parochia totus
episcopatus: ut not. *infra eod. §. proxim. sub §. hic tamen. vers.*
quid ego. si episcopus.

2 In quibus consistit ⁺ Jus parochiale. In cura a-
nimarum parochianorum:
de quibus parochialis sacerdos coram Deo tenetur red-
dere rationem. si culpa sua perierint. *supra de off. arch. c. 1. &*
c. ad hoc. 16 q. 1. placuit. & de off. arch. c. 2. & 3. & sic in onere &
honore & commo. & vide super hoc, *supra in summa. de*
sacra. non ite. quia in col. sacramentorum consistit, ut patet
in his, quæ not. *supr. tit. i. sub §. vetus. & §. utrum. vers. parochia-*
lis. Item consistit in decimis primitiis. *infra eod. tit. c. i. mor-*
tuariis. supra de test. requisisti. In cœmiterio & jure sepul-
turæ, ut patet in his, quæ not. *supra tit. proxim. §. & apud quam*
ecclesiæ. In poenitentis audiendis. *infra de pen. omnis. de pen.*
dist. 6. placuit. & infra tit. i. sub §. quarto. In proventibus qua-
litercunque provenientibus. *supra de his, quæ sunt à præl. si*
con. cap. pasto. ergo consensit. In oblationibus, unde parochiani
singulis diebus Dominicis, & festis debent ad propriam
ecclesiam convenire: ut *infra eod. dominicis.* Hæc autem

sunt festivitates: Pascha, Natalis Domini, Epiphania,
Ascensio, Pentecostes, Nativitas sancti Joan. Bapt. & alie
fortè, de quibus habes *supra de ser. c. fin.* & si qui dies maxi-
mis in festivitatis habentur. aliis verò diebus videtur,
quod possint missam ex causa audire ubi voluerint, ut à
contrario sensu. *infra eo. ut dominicis. & ad idem de consue. dist.*
i. si quis extra. Hic tamen sciendum, ⁺ quod oblationum tres
species sunt. Prima est alicujus rei donatio Deo, velec-
clesiæ inter vivos sponte facta. Secunda est alicujus rei
donatio. Deo vel ecclesiæ causa mortis facta, quæ ad instar
& exemplum legatorum hodie redacta est, ut idem juris
sit utriusque. *Infra de dona. §. 2. secundum Hugo.* hoc nihil ali-
ud videtur, quam mortuarium sive legatum vel relictum
pro anima, de quibus habes *supra de testa. c. officii & c. requisisti.*
supra de reb. ecclesiæ. non alien. c. fin. supra de offic. ordin. conq. ven-
te. §. 1. Tertia est, quotidiana & usualis, quam faciunt fide-
les ad altare, vel manum sacerdotis, & hæc presbytero pa-
rochiali solvenda est, qui & pro populo orare debet. vel si
alii ecclesiæ offerantur, prælato ecclesiæ dandæ sunt. *10 q. 1. quia sacerdotes. & c. sanctorum. & c. hanc consue. 16 q. 1. doctos.*
nam omnes proventus parochiæ in usu ministeriorum
cedere debent. *supra de his quæ sunt à præl. sine consensu cæ.*
pastoralis. Quid ergo, si Episcopus celebrat in cathedrali,
vel alia ecclesia parochiali, cujus erunt oblationes, & quæ
ad manus ipsius perveniunt? Et quidem de jure commu-
ni suæ sunt, quia sibi offeruntur, & à proprio parochiano.
nam tota sua dicitur parochia intelligitur: ut patet *infra de*
vape. c. 1. inf. eo. super eod. 16 q. 3. licet in regulis. & supra de offic. ar-
chipresby. c. 2. §. pen. & notat. supra tit. i. §. vetus. & §. a quib. sub §.
huic autem ergo sue sunt. nam & omnia sub ejus dispositione
& dispensatione consistunt. *10 q. 1. regenda. & c. præced. &*
§. fin. 16 q. 1. statumimus. 32. dist. præter hæc. si tamen de consuet.
contraria appareat, sequenda erit, dum tamen suam ca-
nonicam percipiat de omnibus, secundum ea, quæ no. *supr.*
tit. i. sub §. vetus. §. & de quib. & §. & quora. vers. sed nunquid ta-
dem ratione. alias ipsas oblationes suas faciet, nisi fortè in u-
no loco nimiam moram traheret, & nimis frequenter ce-
lebraret. *argum. infra de deci. suggestum. & de verborum signifi.*
quid per novale. visitando igitur ipsas habebit. & idem dico
in archiepiscopo provinciam visitante. *argum. 9 q. 3. cap. 1.*
& 2. nimis autem. quod scilicet possit oculos judicium claudere:
vel per quod subditi gravarentur, nec ipse, nec sui, qua-
litercunque offeratur, recipere debet. sic intellige in *auth.*
dn. de cens. Romana. §. fin. quæ tota ad hanc materiam facit.
Quid si quis debeat habere tertiam partem oblationum a-
licujus ecclesiæ, nunquid de decimis, primitiis, & his quæ
in cumini, id est plene quæ deportantur per ecclesiam,
ponuntur vel mittuntur ad ecclesiam, vel domum sacer-
dotis, intuitu tamen ecclesiæ vel mortuorum, & de his quæ
& causa quæstus habentur, exigit tertiam partem portio-
narius utique, ut *infra de verbor. signifi. cum tuer. §. 1.* Et nun-
quid de septimis vicissimis, & anniversariis: ita videtur. ut
eod. cap. §. fin. sed contra. *infra de verbor. signifi. ex parte 2. Solutio.*
est portionarius oblationum, & sic omnia communicat,
ut in prima concordantia. & *argum. ff. locat. & condu. si mer-*
ces. §. apparet aut mortuorum. & sic non communicat, ut
in contrario. sic ergo hæc omnia nomine oblationis, non
mortuarii continentur. hæc non placet, quia episcopus
portionarius est omnium, ut apparet in his quæ not. *supra*
tit. i. sub §. vetus. §. & de quib. & tamen de his nihil percipit, ut
supr. de us. c. fin. dic ergo, quod de certa summa relictæ pro
anniversariis, vel similibus faciendis nihil deducitur, nisi
in fraudem fieret. ut in *prox. alleg. ca. & alio. infra de verbor. signifi.*
ex parte 2. in fine. sed de oblationibus in missis quæ celebrantur pro

ADDITIONES.

- 1 Quid sit parochia**] Hanc definitionem probat Mart. subne-
dens parochiarum divisionem à Dionysio acceptam, *13 q. 1. cap. 1.*
Sic enim ad Severum episcopum scribit, ecclesias singulas
singulis presbyteris dedimus, parochias, & cœmiteria divi-
dimus, & unicuique jus proprium habere statuimus, ita vi-
delicet, ut nullus alterius parochiæ terminos, aut jus invadat.
Nam statuimus novum juris verbum esse adnotant interpretes.
in l. 1. ff. quod quisque iuris in alie. fiat. Mart.
2 Cujus erunt oblationes] Adde *cap. quamvis. de deci. in cap. Eleutherius. 18 q. 2.* & in summa Pisanella in verbo, oblatio. in §.
quando episcopus.

INDEX RERVM, ET VERBORVM LOCVM. PLETISSIMVS,

*Cum in Summam Hostiensianam, tum in Martini Additionem
ad eundem.*



- A** CUM docentes, magistri non appellantur. in add. 1. de magi. &c. pagina 1342
- Abbas cui teneatur confiteri. de penitentia & remissionibus num. 21. 1580
- Abbas potest manumittere servum monasterii, de servis non ordinandis, n. 11. 207
- Abbas transferri potest de translat. Episcopi n. 2. 128
- Abbas vel Monachus quot habitaculis debet esse contentus, de religiosis domibus num. 9. 1022
- Abbas si excedat modum in correctione, an monachi possunt conquiri de excessu in add. 3. de cler. percuss. 1476
- Abbatibus quibus vitiis communiter sunt irretiti. de pen. & remiss. 21. 1580
- Abbreviatura an faciat fidem, & an notarius possit extendere lras abbreviaturas, in add. ult. de fide instr. 582
- Absentes in quibus casibus sint citandi, in add. 2. de electio. &c. 96
- Abolitio generalis quæ dicatur, de calumniatoribus, n. 5. Et quæ specialis, ibid. n. 6. 1317
- Abolvere quis possit à sententia excommunicationis, de sensen. exco. n. 12. 1606
- Absolutio adulteri non prodest adultera: de re iud. vers. sed & in num. 3. 692
- Absolutio in maiori excommunicatione qualiter fieri debeat, de sens. exco. ver. in Maiori 1706
- Absolutus an iterum accusari possit, & an accusator possit cum accusato componere. eod. 600
- ACCEPTILATIO qualiter & à quo fiat, de solutionibus, ver. qualiter 895
- Actio alienationis iudicii mutandi causa factæ qualiter & cui competat, & quando cesset, de alien. iudic. mut. num. 3. §. 5. & 6. 368. & seq.
- Actio ex pignore cui, & ad quid detur, quando efficaciter intentetur, quo ordine, & in quantum fiat, de pig. n. 7. 8. 9. & 10. §. 6. & seq.
- Actio ex damno dato quibus detur, & in quos, quando locum habeat, in quantum detur, & qualis sit de dam. da. n. 1. & seq. 132
- Actio confessoria quæ dicatur n. 7. 1356
- Actio de servo corrupto cui detur, de servo corr. num. 1. 1424
- Actio an cedi vel vendi possit, de cessante actionum n. 1. 370
- Actio communi dividundo quanto tempore tollatur, de preser. verum immob. ver. de quibusdam n. 4. 653
- Actio de positi cui, in quem, quando detur, de deposti. n. 5. & sequens. 823. & seq.
- Actio denegatoria quanto tempore tollatur, de preser. verum immob. ver. de quibusdam 63
- Actio in factum de incendio, ruina, & naufragio cui detur, de incendi. crim. n. 5. 1413
- Et contra quem ibid. n. 6. eo. Et in quantum n. 7. 1415
- Actio injuriarum cui detur, de iniuriis. n. 5. 1527. Et contra quos detur ibi. n. 6. 1528. Et in quantum n. 7. 1530. Qualis sit hæc actio. n. 8. eo.
- Actio pignoraticia quanto tempore tollatur, de preser. verum immob. ver. de quibusdam 653
- Actio præscriptis verbis in quibus pactis locum habeat, de rerum permutatione ver. ubi. 852
- Actio ex pacto nudo an detur, in add. 1. de cess. honor. 902
- Actio si proponatur inepta reus absolvitur ab instantia iudicii, in add. 1. col. 5. de lib. obli. 144
- Actio furti cui, contra quem, & in quantum detur & qualis sit, de fur. n. 4. cum seq. 1420. & seq.
- Actio de dolo cui, in quem, & ad quid detur, quando cesset, & qualis sit, de dolo. n. 6. & seq. 495. & seq.
- Actio rerum amotarum quando locum habet, cui, in quem & in quantum detur qualis sit, & quando intentetur, rerum amota n. 1. cum seq. 1276. & seq.
- Actiones quæ oriuntur ex commodato, quibus & in quos detur quales sunt, & contraria in quantum detur n. 5. cum seq. de commod. 519
- Actio quæ nascatur ex contractu emphytheusis, de loc. & cond. n. 13. 849
- Actio quæ nascatur ex pauperie, de pauper. n. 2. 1539. Et quando habeat locum ibid. n. 3. Et cui detur n. 4. 1540. Et contra quæ, ibi. n. 5. & qualis sit n. 6. 1540
- Actio repetitionis dotis cui detur, de dote post divortium rest. n. 2. 1270. Et in quantum detur, ibi. n. 4. 1271. & quando competat. 6. eod.
- Actio de dote contra quem detur, ibi. n. 11. 1274
- Actio vi bonorum raptorum quando locum habeat, de rapin. verum. n. 4. 1407. Et cui detur, eo. n. 5. eo. & contra quem, ibi. n. 6. & intra quod tempus, n. 7. Et qualis sit. n. 8. 1408
- Actiones penitentiarum quot sunt, de penit. remiss. n. 2. 1551
- Actiones quæ nascantur ex rerum permutatione, de rer. perm. n. 5. 862. Quibus & dentur hæc actiones, ibid. n. 6. Contra quos dentur, ibi. n. 7. Et ad quid detur, ibid. n. 8. 852
- Actiones quæ nascantur ex contractu locationis & conductus, de locato & conducto, num. 7. 840. Et quales sint eo. n. 8. 846
- Astor an possit desistere à prosecutione libelli, de lib. obli. 10. 419
- Astor quis dicatur de syndico n. 7. 350
- Astor veniens post annum recuperat rem tantum, nisi distracta fuerit autoritate iudicis in add. 10. de iud. 392
- Astoris nomine qui veniant, cum quaeritur de probatione quas illi incumbit, in add. 4. de prob. 532
- Astotes & rei rescripta impetrare possunt, de rescriptis, n. 3. 30
- Astore non probante, Reus etsi nihil præstiterit absolvendus, ne eccles. benef. ver. datur 807
- Actus binus inducit consuetudinem, de consuetudine, numer. 4. 72
- Accusare quis dicatur, de calumniatoribus, n. 10. 1319
- Accusare quis possit, de accusationibus n. 6. 1292
- Accusari quis possit de adulterio, de adulterio, n. 4. 1399
- Accusatus si sit legitime citatus, & nullo modo veniat: annotabuntur bona, de accusationibus, n. 9. 1295
- Accusator si petiit abolitionem, propterea quod pecuniam accepit quid iuris de calumniatoribus n. 7. 1317
- Accusatio qualis sit in falsitate, de crimine falsi. n. 7. 1460
- Accusari quis, an non, possit, de accen. n. 2. 3. 1288
- Accusatio quid sit, num. 1. de accusat. 1287. & in add. 1. 1288. Et quis ejus effectus eodem tit. num. 12. 1297. & in add. 2. eod. tit. eod.
- Accusationis forma, & an agi possit de crimine sine accusatore, in add. 1. de accus. 1298
- Adoptare, aut adoptari quis possit, & quid sit adoptio, de cog. leg. n. 2. 3. & 4. 1189. & seq.
- Ad rationem quare quis obligetur, de oblatio. ad rationem. num. 3. 208
- Adulterium quid sit, de adulterio, num. 1. 1397. Quis admittatur ad adulterii accusationem, ibi. n. 2. Et intra quæ tempora ibi. n. 3. 1398
- Adulterium quomodo puniatur, de adul. n. 7. 1402
- Adventu Domini an sit jejunandum de observ. ieiun. n. 7. 1067
- Advocatus si propria autoritate rem sibi conventam pro salario occupat, restituere tenetur, de his quæ vi meturve cau. sunt, n. 5. 354
- Advocati cui teneantur confiteri, de pen. & remiss. n. 32. 1585
- Advocatus qui fecit falsas allegationes in conscientia teneatur ad interese, in add. advocatus ne falsam legem, de postu. 332
- Advocati ad officium quid pertineat, de postu. n. 4. 332
- Advocati sedere non debent, de postu. n. 6. 333
- Aedes an possint facere salubres Archidiaconi, in add. 1. eodem. 2. de serv. in ordin. fac. 172
- Aedes sacre quæ dicantur, de relig. domi. n. 3. 1019
- Aequalitas in quibus casibus interdorem & donationem propter nuptias servetur, in add. 3. de dot. promiss. &c. 1256
- Aetates tres sunt, de dispens. impub. n. 2. 1125
- Aetates mundi quot sunt, in add. 3. de dispens. impub. & n. 2. 1126
- Affinitas contra & inter consanguineos viri, & uxoris ejus, non transit ad consanguineos uxoris, nec contra, in add. ult. de aff. 1211. item non oritur affinitas ex nuptiis interdictis eod.
- Affinitas quid sit, de affinitate, n. 1. 1206. Quæ sit ejus divisio, ibi. n. 2. eo. Et quod sint genera affinitatis, ibi. n. 3. eod. 1207. Et qualiter genera insurgant, ibi. n. 4. eod.
- Affinitas usque ad quem gradum prohibeatur, ibi. n. 5. 1208
- Agere de proprietate quis possit, de causa proprietatis n. 2. 472
- Agricultorum multe sunt species, de agricolis, n. 1. 1179
- Alienatio rei ecclesie non valet nisi in sex casibus in quibus talmen non valet forma juris non servata, in add. de reb. eccl. alien. vel non 810
- Alienatio quid sit, de ali. iud. mut. n. 1. 367. & de reb. eccl. non alien. n. 1. 808. & ex quibus cau. possit fieri, 809. n. 3. & in add. 1. 2. 808
- Alienandi forma variari potest, in add. de reb. eccl. alien. 812
- Alienator quæ poena puniatur, de ali. iud. mutandi causa falsa. n. 2. 368
- Alienandi quæ sit forma, de reb. eccl. alien. vel non n. 4. 810
- Alienari quæ res possunt, de reb. eccl. &c. 809

In Hoflienssem

Bigamy

Index.

Bigamus non postulat in praelatum de possul. prael. n. 6.	80	Catalogus quid sit, de reliquis & vene. Sanctorum, n. 4.	1009
Bigamus proprie quis dicitur, de biga. n. 2. 214. & in addit. l. 2. cod.		Cathedralis ecclesia sine licentia Papae erigi non potest, de ecclesiis edificandis, n. 5.	1071
Et unde dicatur, ibid. n. 4.	215	Cathedralium quid dicatur, de censibus num. 8. 1034. Es de officio ordin. f. cathedra: cum, & an possit praefici ibi add. 1. ibi.	1034
Bigamus à suspensione ordinum quare arceatur, ibidem numer. 5.	215	Catholici an possint propria auctoritate haereticos spoliare de haeres. n. 7.	1362
Bis sextus contingit in singulis quadrienniis, & quando occurrat quot dies ille annus habeat, in addit. de integrit. restitutio. n. 360.		Causa propria quae dicatur, in add. 2. de sent.	672
Blasphemus Christiani an possit exercere vim potestatis in homines Christianos de Iudeis, n. 6.	1349	Causa si delegetur tribus iudicibus datis cum clausula quod si duo non sufficiunt an si iudicant unum cum tertio excommunicato, an valeat, in add. de off. & po. ind. deleg.	258
Blasphemantes Deum vel quemlibet eius Sanctum qua poena puniantur, de maledictis n. 4. 1480. Et in add. 1. cod.		Causam qui vincit per falsas allegationes, an teneatur in conscientia, in add. 2. de pen. & remis.	1548
Bonum omne factum recte actum praesumitur, de praesumptionibus n. 5.	588	Causarum criminalium cognitio non delegatur, in add. 2. de off. & po. ind. deleg.	254
		Causa feudi apud quem vel apud quos Iudices debeat agitari & terminari, de feudis, n. 13.	865
		Causae duae in eod. libello an proponi possint, de lib. obli. numer. 4.	413
		Causae ex quibus res alienari possunt de reb. eccl. alien. vel non. n. 8.	809
		Comiteria in quibus corpora Paganorum vel haereticorum sepulta sunt non debent consecrari, de consec. eccl. vel altar. numer. 7.	1043
		Census quid sit, de censibus num. 1. 1032. Novus census, eod. num. 5.	1032
		Et quid praestet argumentum, ibi. n. 2.	cod.
		Census quis sit solvendus, eod. n. 4.	1032
		Et in quo casu remitti possit, ibid. n. 6.	1034
		Censum quis possit imponere, eod. n. 3.	1031
		Census aliquando solvitur in signum subjectionis, de can. proprie numer. 8.	479
		Census nomen quomodo accipiat, de agricolis, n. 3.	1779
		Certus nuncius super depositione mortis quis dicatur, de sep. duo. n. 6.	1152
		Cessio bonorum	908
		Cessionis actionis effectus quis sit, de cessione actionum, numer. 2.	371
		Chirographo restituto an & quando videatur remitti debet, in add. 4. de praesump.	586
		Christi singulis annis conficiendum est, & renovandum: & vetus in ecclesia et emandum, de consec. eccl. vel altar. numer. 20.	1040
		Christiani an teneantur solvere pedagium Saracenis, de censib. numer. 11.	1037
		Christiani bis iniunguntur, de sacra unione, n. 4.	189
		Christiani qualiter se debeant habere erga Saracenos, de Saracenis, n. 3.	1358
		Christiani num nullus potest habere in servum, de servis Iudeorum, numer. 3.	1358
		Christiani non debent Iudeis intra domum servire, nec filios eorum nutrire, n. 4.	1356
		Circumstantiae in confessione inquirendae, de pen. & remis. n. 50.	1609
		Circumstantiae quae sunt quae adherent peccato, de pen. & remis. numer. 13.	1567
		Civitas legitime si conveniatur in actione personali potest Iudex ecclesiasticus si non venerit ipsum excommunicare, & si non contempsit, n. 4.	438
		Citatio an sit de processu, in add. de off. ind. deleg.	240
